Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



scepta principum errores non delicabat. Et q̄ manu contra hec q̄ deus iusserat populum ut se a Babylonis defenderet admonē nolebat. Ideo hic dicitur. populus ad quem iam dominus p̄ nocatus est et filij mendaces nolentes audire legem dei. Qui dicunt prophetis nolite nobis nuntiare ea que recta sunt. loquimini ea que nobis placent. Non curamus et si sint errores. Ne predicetis eam viam p̄ quam incedere nolumus. Auferat nos iam audire quod vultis replicatus. hec dicit dñs isrl. Et hoc est quod dicitur. cesset a facie mea dñs isrl. q̄d sepius ambo insonatis.

Propterea hec dicit dominus sanctus isrl. p eo q̄ reprobastis verbum hoc et speraste in calumpnia et tumultu et innixi estis super eo erit vobis iniquitas hec sicut ruina p̄cipitans cadens et requisita in monte excelso quoniam subito dum non sperat veniet contritio eius. Et comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione pertinaci et non inveniatur de fragmentis eius testa in qua portet ignis de foco dolio aut hauriatur parum aque de fovea. Quoniam hec nos inquit nitatur contradictio et errores sequimini. propterea hec dicit dominus sanctus isrl. quod nos a facie mea cessare habetis. propterea q̄ reprobastis verbum hoc ne mihi amb insonaret et speraste in calumpnia et tumultu egypto et innixi estis super eo qui baculus arundineus appellatur cui qui innixus fuerit manui eius penetrabit. propterea erit vobis iniquitas hec sicut ruina cadens intercepta et requisita in excelso muro quoniam subito dum non sperat veniet contritio eius. hoc autem tale est ac si diceret. sic fiet vobis et omnes mihi subito casus et contritio veniet et quomodo in excelso muro fieri solet. ubi post unam intercepta remanet que dum sepe requiritur et iam casura putet subito dum non sperat commota penitus et confracta ruit. Et cōminuetur egyptus cum omnibus qui in ea erunt sicut comminuitur lagena figuli contritione valida in tantum ut nulla pars eius maneat ignis ut parum aque in se contineat valeat.

Quia hec dicit dominus deus sanctus israel. si reuertamini et quiescatis salui eritis in silentio et in spe erit fortitudo vestra. Et noluistis et dixistis. neq̄quam. sed ad equos fugiemus. Ideo fugietis et super veloces ascendemus. Ideo veloces erunt qui persequentur vos. Mille homines a facie terroris unius. et a facie terroris quinq̄ fugietis

Audivit inquit quod vos audire fecit. hec dicit dominus deus isrl. sanctus. Si reuertamini et quiescatis in egypto et quiescatis in silentio. Nichil vobis babilonij nocebunt. Si relinquatis tumultum et superbiam egyptiorum et speretis in dominum deum isrl. factorem q̄ in silentio et in spe erit fortitudo vestra et noluistis hec audire si dixistis. Neq̄quam in vanum salem morabimur. si ad equos in egyptum fugiemus. ibi et equi et currus habundant. Hec autem quia dixistis. Ideo fugietis. si forte aliquis dicatis. super veloces ascendemus ut nemo nos insequentes consequi valeat. Ideo veloces erunt qui persequentur nos. ut nec volantes evadere possitis. Mille ex eo nobis a facie terroris unius et a facie terroris quinq̄ multi et innumerabiles fugietis.

Donec relinquamini quasi malus navis in vertice montis et quasi signum super collē. Propterea inquit fugietis et semper fugiet persequi et persequentes donec pauci et vobis relinquant in signum et in testimonium. Vide in psalmis dicatur. Ne erretis ergo. Neq̄uando oblivisc̄amini legis mee. Ideo dispergo eos in ultione mea. Sicut enim in naufragio fieri solet. ut a paucis quibus periculum evadere potuerunt malus vel arbor navis in aliquo excellentiori loco pro signo ponatur. Ad quem si quis forte adhuc superstes recurrere valeat. ita et nos in signum erimus tantum post multa naufragia aliquos remansisse de tota gente.

Propterea expectat dominus ut misereatur vestri. Ideo exaltabitur parcens vobis. quia deus iudicium dominus. Beati omnes qui expectant eum. Semper amaris misceat dulcia. et quolibet modo a simulato proposito eos revocare valeat. propterea inquit ne funditus pereatis. adhuc vos dominus expectat. ut si convertatis misereatur vestri. Ideo exaltabitur non solum in misericordiam verum etiam in ultionem ut confusis adhuc fidem peccatoribus parcat. Et quia deus iudicij dominus vester. qui et iuste iudicat et omne iudicium in manu tenet. Ideo beati omnes qui expectant eum. Redeat enim unicuique secundum opera sua.

Populus enim syon habitabit in jerusalem. plorans nequaq̄ plorabis misertus misericordiam tui. Ad vocem clamoris tui statim ut audierit respondebit tibi. Hec autem ad xpi passionem referuntur. Vos inquit fugientes in egyptum populus tamen syon habitabit in jerusalem. et quamvis vos crudelitatem dei relinquatis cum